

NATALIS CO- MITIS MYTHOLO-

GIAE, SIVE EXPLICA-

TIONIS FABULARVM

Libri decem:

*In quibus omnia propè Naturalis & Metaphisicæ Philosophiæ
dogmata contenta fuisse demonstratur.*

Nuper ab ipso autore recogniti & locupletati.

EIVSDEM LIBRI III. DE VENATIONE.

Cum Indice triplici, rerum memorabilium, urbium & lo-
corum à variis heroibus denominatorum, ac plan-
tarum & animalium singulis Diis
dicatorum.

Opus cuiusvis facultatis studiosis perutile ac propè necessarium.

ACCESSIT G. LINOCERII MYSA-

RYM MYTHOLOGIA, ET ANONYMI

Observationum in titulum de Diis Gentium
narrationem Libellus.



TURNONII,
APVD GVILLELMVM LINOCERIVM.

M. D. XCVI.

Coll. Soc. Iesv. Alm. ex dono Regum.





ILLVSTRISSI-
MO ATQVE REVE-
RENDISSIMO DOMINO
Ioan. Baptistæ Campeggio
Maioricensi Episco-
po S. P.



*HAEC AVERAM libros hos
Mythologicos Serenissimo
Gallorum Regi Carolo Nono
fel. mem. tanquam munus
non planè regia celsitudine
indignum, ut in quibus o-
mnia sapiëntia præcepta con-
tineantur tam ad mores, quàm ad naturam hu-
iusce vniuersi spectantia. Sed bellici tumultus de
religione in vniuersa propè Gallia insurgentes
ita illum Regem vexarunt dum imprimerentur,
ut ad quiduis potius, quàm ad literarium cogitè*



NATALIS CO-
MITIS MYTHO-
LOGIÆ,
LIBER PRIMVS.

Quod sit totius operis argumentum. CAP. I.



CVm tantam esse perspicio cognitionis anti-
quarum fabularum utilitatem Illustriss.
atque optime Ioan. Baptista Campeggi,
quas poëtz veteresque sapientes suis scri-
ptis inseruerunt; quantam nullo orationis
genere cõplecti possem; admirabile quid-
dam profectò mihi videri solet, cur nullus
ex antiquis scriptoribus ad hãc vsq; diem
vniuersam insignium fabularum explicationem suscepit. Atq;
id eò magis, quòd vniuersa philosophiæ præcepta sub his ipsis
fabulis, antiquitus continebantur: quippe cum non ita multis
annis ante Aristotelis, & Platonis, & cæterorum philosopho-
rum tempora, omnia philosophiæ dogmata non apertè, sed ob-
scurè sub quibusdam integumentis traderetur. Græci enim cum
occultam philosophandi rationem ab Aegyptiis in patriam ad-
duxissent, ne res admirabiles in vulgus ederentur, quòd illis ma-
lè perceptis ab religione & ab omni probitate plerùmq; id fa-
cile desciscat: & ipsi per fabulas philosophari clam cœperunt.
Deinde, cum sequentibus temporibus res fuisset denudata, om-
nisque recta philosophandi ratio ex his in lucemeducta, pauci
fabulas, antiquum philosophiæ domicilium, vt ita dicam, respe-
xerunt: easque modò vanam theologiam stultorum hominum,
modò aniles nugas, futiliæque mendacium poëtarum figmenta
fuisse crediderunt. Præclare idcirco sacri integerrimique veræ
theologiæ scriptores & orthodoxi patres abusus pluribus verbis